



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. VII. De Procuratore Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

C A P U T VII.

De Procuratore Generali.

Officium, & do-
tes Procuratoris
Generalis.



Ræter adjumenta memoria,
& consilii, postulat Præposi-
tus Generalis diligentem ope-
ram ad exequendum. Auxi-

lium ad id præstabit Procurator Generalis,
qui Romæ resideat, ac prudentia, fidelitate,
ac dexteritate cum hominibus agendi,

^a P. 9. c. 3. §. aliisque dotibus polleat, non sit tamen
Professus. ^a Dispensatum verò est à Con-

16. & C. 6. §. 12. gregatione XII. ut tunc quidem, necessi-

^b C. 12. D. 29. b tatis gratiâ, Professus constitueretur. ^b

Eiusdem jura. 2. Ejus electio pendet à Preposito Gene-

^c P. 9. c. 3. §. 16. rali. ^c Non debet habitare in Domibus
Professis; nihilominus quando non tractat

lites, vel ex necessitate, vel convenientia,
^d P. 9. c. 6. §. ad tempus, id permisum est. ^d Sublevan-

12. & G. dus & ipse est Ministris; alendusque cum

^e P. 4. c. 2. E. Sociis sumptibus Provinciarum. ^e Habet
& C. 4. D. 38. jus ingrediendi Congregationem Provin-

^f C. 8. D. 48. & cialem supra numerum. ^f Admittitur etiam
F. Con. Prov. ad Congregationem Generalem, post Præ-

positi electionem, & Assistentium: ^g im-

^g C. 3. D. 44. mó & ante utramque; si contingat non agi
& For. Con. Gen. §. 60. de Generali eligendo, sed de aliis negotiis:

absque

absque jure tamen passivo in electione Secretarii Congregationis , & Sociorum , atque etiam Deputatorum. ^b Habet etiam ^{b C. 12. D. 1. &}
jus suffragii extra Congregationem; quan- ^{C. 13. D. 2. &}
do agitur de dissolvenda aliqua Domo, aut ^{s.}

Collegio , non obstante Decr. 23. C. 4. ⁱ i C. 4. D. 23.

Non modò ejus Socii ab ipso pendent , ut
infra dicetur; sed si qui fuerint Romæ Pro-
curatores rerum particularium , vel etiam ^{I R. Proc.}
Provincialrum ab ipso dirigentur , prout ^{Gen. 3.}
Generali videbitur. ^l

3. Quo pacto autem se gerere debeat *Eius obligatio-*
Procurator Generalis in sui officii admini- *nus quoad se, &*
stratione , præscriptum est in ejus Regulis, *negotia.*
quæ leguntur in Cod. Reg. p. 210. &c.
Harum summa hæc est. Procurator Gene-
ralis curet ædificationi esse iis , cum qui-
bus aget: subsit in iis, quæ ad suum officium
non pertinent , Superioribus Domus. ^m m R. 19.

Ad ipsum pertinet Forensia omnia ne-
gotia dirigere , sed nullum ex gravioribus
sine approbatione Generalis aggredietur.
Rationem dabit status eorum iis , ad quos
pertinent ; ostensis suis literis ei Assistenti,
de cuius Provinciis agitur. Consulat juris
peritissimos , & maximè idoneos Curiales
adhibeat. Lites verò , quantum fieri potest,
declinet. ⁿ n R. 2. & 4. 5.
6. 7. 8.

4. In re pecuniaria administranda sit *Quoad pecunia-*
niam, & Scri-
E c 2 accu- pturas.

accuratissimus. Habeat libros rationum, unde quotannis summa colligatur accepti, & expensi, transmittenda ad eos, quorum interest: omnisque administrationis rationem reddet tertio quoque anno ei, quem Generalis designaverit. Pecuniam alicujus momenti reponat in arca sub duplice clave; quarum alteram ipse, alteram diversam Socius habeat. Custodiat diligenter scripturas omnes authenticas: emat Bullas, & Brevia quae in dies emanant. Literarum, quae scribit, exempla in librum referat, summam etiam rerum agendarum, confessarumque. p

o R. 9. & 12.
p R. 13 14. 15.
16. 17.
Erga Generalem, & reliquos.
q R. 3. 10. & 18.
De ejus sociis.

5. Redigat Generali in memoriam petere à Summo Pontifice, quando expediet, confirmationem nostrorum Privilegiorum; Provinciis, ut suppedient pecunias pro ipsarum sumptibus, & Quindenniis tempestivè, si quae ob beneficia unita solvenda sunt. Superintendat tum externis Officialibus, tum Sociis domesticis, ut officio fungantur suo: & hos quidem poterit foras mittere, recreationis causa, & ob negotia sui muneris. q

6. Socii vero hujusmodi in iis, quae ad suum officium non pertinent, sub Vice-Prepositi, & Ministri domus obedientia esse debent, quoad disciplinam domesticam

cam spectat , & excepta recreationis causa,
ut dictum est , ad alia quævis negotia , non
ad Procuratorem pertinentia , si ipsis ex-
eundum erit , non nisi de Vice-Præpositi
licentia facient. *r*

*r R. Proc.
Gen. 3.*

C A P U T VIII.

De Admonitore Generalis.

1.  Xpositum superius est exer- *Eius munus, &c.*
cendam Providentiam Socie- dotes.

tatis erga Generalem , etiam
in iis , quæ spectant ad ipsius
animam ; constituendumque propterea vi-
rum , qui hoc munus exerceat : ut si ani-
madverteret Præpositum in his , que ad
Personam , vel Officium suum pertinent ,
minus bene agere , eum admonereret ; unde
& Admonitor dictus est. *a* Is autem de- *a P. 9. C. 4 §. 4.*
bet esse Professus quatuor Votorum , homo
religiosis moribus , Deo in oratione fami-
iliaris , proiecta jam ætate , judicio maturo ,
in Instituto bene versatus , minimè credu-
lus , aut timidus , nec futurus Generali in-
gratus , nec assentator ; quem non repug-
nat esse unum ex Assistantibus. *b*

*b C. i. D. 81. &c
C. 2. D. 22. &c
C. 4. D. 15. &c
For. Con. Gen.
§. 86.*

2. Eligendus est autem à Societate ipsa
ad plura medietate suffragia , præmissa de
Eiusdem iura,

Ee 3 eq